

,occupatus sum cum aratro, cum nere et hujusmodi'. quero, utrum tenes aratrum cum ore vel cum manibus? respondes: ,cum manibus'. ergo liberavit os tuum, ergo ora. ita dic de nere vel aliis. — (Deus) vult, quod quilibet laicus regratiatur suis septem horis cottidie, sed hec septem hore laicorum tot habent Paternoster, quod non bene audeo coram vobis nominare. sed quicumque sciret, quanta merces sequitur, potius quam de illa mercede careret, potius decies vel centies vel millies, si posset, plura diceret (vgl. noch Studien 5, 81). Beim Tode eines mächtigen Herrn geschieht es, Domin. 115, 1: — et nemo ex omnibus fit, qui saltem pro anima ipsius cottidie dicat XXX Paternoster suppliciter. Das war also Brauch, vgl. Bruder Werner, Spruch 59, 6 und meine Beiträge zur Erklärung altd. Dichtwerke 4, 56 f. Spec. 76, 3: commendatur autem hec oratio a tribus: ab auctoritate, brevitate et utilitate. ab auctoritate, quia auctor ejus fuit ipse Deus. Avemariam, nobilem orationem, composuit angelus, Symbolum apostoli, psalterium David, alias orationes et collectas Gregorius, Ambrosius et Augustinus ac alii sancti doctores. commendatur a brevitate, quia verbum abbreviatum etc. sed quare sic fecit brevem? ut facilius addiscatur, melius retineatur, libentius dicatur. dicentem minus fastidiat, plus esse orandum corde quam ore ostendat, ignorantem accuset. Spec. 77, 2 (vgl. Freib. 2, 47^d): cum predicas laicis, sic procede. si es in civitate, dic: ,cras veniant rurales'. post principium dic: vos rurales et mechanici et servitiales estis in vera via magnorum sanctorum, in dura vita (dic multa, dic duram vitam ipsorum), et vix aliquis vestrum sanctificatur. non dico: ,salvatur', sed ,sanctificatur', cujus festum celebretur. de omni aliorum hominum conditione multi. multi principes, ut rex sanctus Oswaldus, Karolus, Heinricus, Wenzeslaus. milites multi, nota: Mauritius cum omni exercitu suo. tot episcopi, multi cardinales, pape, clerici, sed vix aliquem rusticum vel mechanicum invenimus, cum tamen sint in vera via magnorum sanctorum. et quare? quia, licet sint in vera via, deficiunt tamen quasi communiter in alia parte. quod sunt omnino indevoti, sunt ut jumenta, que multum defectum et laborem habent et tamen nullam habent devotionem ad Deum. (77, 3) nihil orant ut illa, nihil ad Deum habent familiaritatis vel devotionem aliquam, nec in missa, nec in corpore Domini, nec in divino officio aliquo, nec in oratione